



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

In quo ramusculo consanguinitatis legitima connubia sieri possint. x.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

Ex dictis  
eiusdem.

**B**EATUS Isidorus de consanguinitate sic loquitur. Censet series septem gradibus dirimitur, hoc modo: Filius filia, quod est frater & soror, sit ipse truncus. Illis seorsim seiunctis, ex radice illius trunci egrediuntur isti ramusculi, nepos & neptis, primus: pronepos & proneptis, secundus: abnepos & abneptis, tertius: adnepos & adneptis, quartus: trinepos & trineptis, quintus: & trinepotis nepos & trinepotis neptis, sextus. Hæc consanguinitas, dum se per latinum in propaginibus ordinibus dirimens, usque ad ultimum gradum sese subtraxerit, & propinquitas esse desierit, primum lex in matrimonii vinculum recipietur, & quod modo reuocabit fugientem. Ideo autem usque ad sextum generis gradum consanguinitas constituta est, ut sicut sex ætatibus mundi generatio, & hominis status finitur, ita propinquitas generis, tot gradibus terminetur.

Quod consanguinitas usque ad septimum generis gradum conservari debeat. Cap. XI.

Ex epist.

Greg. papa, episcopus Gallicie missa.

**P**ROGENIEM suam unumquemque ad septimam obliuiscere decernimus generationem, & quoadiu se agnoscere affinitate propinquos, ad conjugalem copulam accedere denegamus. Quod si fecerint, separentur.

De eadem re.

Cap.

XII.

Ex concilio.

apud theodonis vilam habito. ca. 8.

**N**ULLUS fidelium usque ad affinitatis lineam, id est que in septimam progeniem, consanguineam suam ducat uxorem, vel eam quoquo modo incesti macula polluat. Si quis vero hoc temerè presumpserit, ut incestum luxuriose publice, iuxta canonicos gradus poeniteat.

De eadem re.

Cap.

XIII.

Ex concilio.

Lugdun. cap. 10.

**N**ULLI ex propinquitate sui sanguinis usque ad septimum gradum uxores ducant, neque sine benedictione sacerdotis. Qui ante in nuptiis erant, à sacerdote benedictionem accipere audeant.

Ex concilio.

Aurelia. cap. 10.

**N**ULLUM in utroque sexu permittimus ex propinquitate sui sanguinis, vel uxoris, usque in septimi generis gradum.

De eadem re.

Cap.

XIII.